

2144.

1318 d. 4 April.

Lund.

Kaniken i Lund Magister THOMAS testamenterar en tredjedel i gården Göderslöf till Lunds domkyrka, med förordnande, att inkomsten deraf skall, efter hans död, årligen utdelas på den dag då hans minnesfest firas.

Registr. Eccl. Lundens. perg. pag. 87.

OMNIBUS presens scriptum cernentibus. Magister THOMAS canonicus lundensis. salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi quod ego in remedium anime mee. lego capitulo lundensi ad anniuersarium meum in choro lundensi annuatim tenendum. terciam partem curie in gødersløff. cuius duas partes. soror mea cristina bone memorie eciam dedit ipsi capitulo jta quod redditus dicte partis curie. scilicet octo solidi annone. anno quolibet in die anniuersarii mei destribuantur sub modo et forma. qua in die anniuersarii dicte cristine sororis mee. octo solidi annone eciam diuidentur prout in registro nostro in choro eiusdem ecclesie de hoc plenius continetur Salua nichilominus mihi facultate si vixero de hoc aliter melius ordinandi. Volo eciam vt dicta bona ad dies meos in ordinacione mea permaneant. et consistant In cuius rei testimonium sigillum meum vna cum sigillis discretorum virorum. domini olauí concanonici mei et thordonis jønnesson ciuis lundensis. presentibus est appensum. Datum lundis Anno domini M CCC decimo octauo. die beati ambrosii.

Öfverskrift. De anniuersario magistri thome canonici ex bonis in gødersleff.

2145.

1318 d. 15 April.

Dåvö.

RANGBORG, Östgöta Lagmannen Bengts dotter, testamenterar sina gårdar i Svanshals till Riseberga kloster, med vilkor, att 2:ne själamessor i hvarje vecka, en för hennes förfäder och en för henne sjelf, ständigt skola hållas, samt medgifver, att, i händelse hon sjelf skulle dö förr än nu varande Abbedissan Rangfrid, denna må till sin död för sin egen person uppbära inkomsten af den vestra gården i nämnde Svanshals; gifver dessutom penningar till kyrkor och kloster, för hvilka gåfvor gården Tyllinge i Tjust pantsättes.

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

In nomine domini Amen, Anno jncarnacionis eiusdem. M^o. CCC^o. XVIII. sabbato ante dominicam palmarum Ego RANGBURGHIS filia benedicti condam legiferi Ostgothorum bone memorie, sana mente et corpore per graciam ihesu christi, attendens quod omnes morimur et quasi aque que non reuertuntur jn terram dilabimur,, Considerans nichilominus quod dies et hora

mortis mortalibus sint incerta. et sola memoria comes sit defunctorum, saluti anime mee cupiens salubriter providere, provida deliberacione prehabita Testamentum meum condo. facio. et ordino jn hunc modum,, Jn primis apud sanctimoniales in risabergh mei corporis eligo sepulturam, quarum monasterio confero Curias meas in swanshals. cum omnibus immobilibus et mobilibus, que in dictis Curijs fuerint tempore mortis mee, Et molendinis et colonijs, et ceteris pertinencijs et attinencijs ad Curias supradictas. Sub tali condicione, quod qualibet septimana vnam missam pro animabus progenitorum meorum et aliam pro me facient in perpetuum celebrari. Et si contigerit me prius mori, quam dominam rangfridim nunc abbatissam monasterij supradicti. deuto ad vsus persone sue vsufructum curie occidentalis in swanshals. cum suis adiacencijs ad dies vite sue, orientalem vero curiam cum suis adiacencijs sorores dicti monasterij pro suis habeant vsibus. sed post obitum dicte abbatisse vtraque Curia jntegre ad conuentum predicti monasterij pertineat pleno jure,, Jtem fratribus predicatorum ordinis skiaeningie vbi parentes mei sepulti sunt, confero. XX. marchas denariorum. vsualis monete,, Jtem fratribus predicatoribus kalmarnie .X. marchas denar. Jtem cuilibet Ecclesie in cuius parochia Curias possideo. vnam marcham. den. et alteram sacerdoti ibidem. Jtem cuilibet conuentui istius regni. et cuilibet hospitali. II. marchas den. Ad soluendum autem debita mea que post meum obitum extiterint, et legata predicta, et alia que volente deo in posterum legauero. deuto Curiam meam Tyllinghe jn thiuste cum omnibus eidem adiacentibus tali condicione quod nisi omnia predicta infra annum et diem ab obitu meo computandos integraliter per heredes meos fuerint persoluta executores huius mei testamenti dictam Curiam cum suis attinencijs, occupandi. vendendi. uel quolibet alio modo alienandi ad perficiendum presens testamentum meum liberam et plenariam habeant potestatem, Executores autem huius testamenti mei cum ea qua decet reuerencia peto et facio venerabiles patres. dominos kaulum [æ: karulum] lincopensem. et jsraelem arosiensem Episcopos et Capitulum lincopense. Quod si alterum predictorum. nel vtrumque contigerit ante me decedere, nichilominus Capitulum lincopense propter deum et petitionem meam presens testamentum meum fideliter exequatur,, Jn premissorum testimonium sigillum inclite domine, domine mee. Helwighis. dei gracia sweorum gothorumque regine illustris. et venerabilium patrum. dominorum Olawi dei gracia. vpsalensis. Electi consecrati. Styrberni eiusdem gracia Episcopi strengenensis. et discreti viri. domini petri rectoris Ecclesie Munkathorp. sigilla presentibus instanter apponi peto. Et sigillum meum proprium presentibus est appensum. Huic autem facto seu ordinationi mee testes ad hoc specialiter vocati et rogati interfuerunt. dominus

Petrus de Munkathorp. domini. Gerardus. Nicolaus. Andreas. et Ericus presbiteri. Petrus aduocatus jn dawø. Thorirus joonsson. Actum apud dawø Anno et die prenotatis.

Sigillen: N. 1 på röda, N. 2 på gröna, N. 3 på blå, N. 4 på gula silkestrådar, alla skadade; N. 5 saknas, men svarta ylletrådar finnas kvar.

2146.

1318 d. 16 April.

Calmar.

Hertig CHRISTOFFER af Halland och Samsö, Ärkebiskop Esger från Lund och deras rådgifvare ingå förbund med Svenska Hertiginnorna Ingeborg, för att befria de fångna Hertigarne Erik och Waldemar; lofva att icke, utan med Hertiginnornas vetskap och bifall, sluta fred med Konungarne Erik i Danmark och Birger i Sverige, samt förbinda sig, i händelse af en sådan fred, att städse försvara Hertiginnornas, deras barns och vänners rättigheter.

Hadorphs afskr. i fol. pat. Sign. E. 80. b. pag. 14*).

Omnibus presens scriptum cernentibus CHRISTOPHORUS Dei gracia Dux Hallandie et Samsoo, ac ESGERUS eadem gracia Lundensis Archiepiscopus, Suechie Primas, omnesque CONSILIARII sui salutem in Domino sempiternam. Noverint vniuersi tam posteri quam presentes, quod Kalmariæ [ɔ: Kalmarnie] sub Anno Domini M^o. CCC^o. XVIII^o. Dominica Palmarum, inter Serenissimas Dominas, Dominas Jngijburgem et Jngijburgem, Dei gracia Ducissas Sueorum, et Consiliarios suos, nomine dilectorum in Christo Dominorum suorum, Erici et Waldemari, Dei gracia Ducum Sueorum illustrium suorum liberorum, hominum amicorum et fautorum suorum ex una parte, et nos Christophorum, liberos nostros, et nos Archiepiscopum, Ecclesiam nostram Lundensem, homines amicos, consanguineos et fautores [ɔ: fautores] nostros utrobique ex altera, in hunc modum exstitit placitatum, primo videlicet, quod inter dictas Dominas et Consiliarios suos, nomine Dominorum suorum, liberorum, hominum amicorum et fautorum suorum ex una parte, et nos et singulos fautores nostros prenomatos ex altera, vera amicitia, firma concordia, stabilis pax, perpetua confederacio, nec non mutuuum auxilium et refugium debeant hinc inde conservari. Idcirco bona fide promittimus dictis Dominabus, Consiliariis suis, liberis, hominibus amicis et fautoribus(!) ipsorum pro toto posse nostro, contra quoscunque, exceptis duntaxat Principibus illustribus et sinceris [amicis?] Dominis Woldemaro, Dei gracia Marchione Brandeburgensi, et Lusatie,

*) Originalt fins ej mera. I Peringskölds "Opus Diplomatum." Tom. VI. (E. 9) förekommer en afskrift, som synes vara kopierad efter Hadorphs, hvilken äfven är följd i *SUHMS Historie af Danmark*, XI: 929.